

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 19**

**Paulus <Diaconus>**

**[S.I.], [9. Jh.]**

In natale unius apostoli: Lesung aus dem Evangelium nach Iohannes

[urn:nbn:de:bsz:31-6704](#)

manete in dilectione. nisi manete in gratia mea. Et quid est. si praecpta mea seruaueritis. manebitis in dilectione mea. nisi ex hoc scietis quod in dilectione mea quia uos diligo manebitis. si mea praecpta seruabitis. Non ergo ut nos diligat. prius eius praecpta seruamus. sed nisi nos diligat. praecpta eius seruare non possumus.

**H**aec est gratia quae humilibus patet. superbos latet. Sed quid illud est quod adiungit?

**S**icut & ego patris mei praecpta seruam. & maneo meus dilectione.

**V**tique etiam hic hanc dilectionem patris intellegi uolunt. qua eum diligit pater. Ita quippe dixerat.

**S**icut dilexit me pater. & ego dilexi uos. Atque his uerbis illa subiunxit. Manete in dilectione mea. illa procul dubio. qua dilexi uos.

**E**rgo quod ait etiam de patre maneo meus dilectione. illa scilicet accipienda est. qua dilexit eum pater. Sed numquid & hic gratia intelligenda est quia pater diligit filium. sicut gratia est quia nos diligit filius: cum simus nos filii. gratia non natura. unigenitus autem non natura sed gratia. An hoc etiam in ipso filio. ad hominem referendum est. ita sane. Nam dicendo. sicut

dilexit me pater. & ego dilexi uos. gratiam mediatores ostendit.

**M**ediator autem dei & hominum. non in quantum deus. sed in quantum homo est Christus Ihesus. Et profecto secundum id quod homo est. de illo legitur. Et Ihesus proficiebat sapientia & gratia apud dominum & homines. Secundum hoc igitur recte possumus dicere. quod cum ad naturam dei non pertinet humana natura. ad personam tamen unigeniti filii dei per gratiam pertinet humana natura. & tanta gratia ut nulla sit minor. nulla prorsus aequalis.

**N**eque enim illam susceptionem hominis ulla merita praecesserunt. sed ab illa susceptione merita eius cuncta coepserunt.

**M**ane ergo filius in dilectione qua eum dilexit pater. & ideo seruant praecpta eius. Quid est enim & ille homo. nisi quod deus susceptor est eius. Deus enim erat uerbum. unigenitus genitus coeternus. sed ut mediator dare tur nobis. per ineffabilem gratiam. uerbum caro factum est & habitavit in nobis.

**JN NATALE V.  
NIUS APOSTOLI.**

**LUC SCEI FUA SEC IOHANN.**

**T**EN illo temp. **D**ixit ihs disci  
pulis suis. Hoc est praeceptum  
meum. ut diligatis inuicem.  
sicut dilexi uos. & reliq.

**O**MNIA BIATI GRIGO  
RII PAPAE DEI AD DEM

**LECTIONI.**

**UM**

cuncta sacra  
eloquia domi  
nicis plena sint  
praeceptis quid  
est quod de di  
lectione. qua  
si desingulari  
mandato dñis dicit.

**H**oc est praeceptum meum ut  
diligatis inuicem. nisi quia omne  
mandatum desola dilectione est.

**E**t omnia unum praeceptum sunt.  
quia quicquid praecepitur. in sola  
caritate solidatur. Ut enim  
multi arboris rami ex una radi  
ce prodeunt. sic multae uirtu  
tes ex una caritate generantur.

**N**ec habet aliquid uiriditatis  
ramus boni operis. si non ma  
net in radice caritatis.

**P**raecepta ergo dominica.  
& multasunt & unum.

**M**ulta per diuersitatem operis.  
unum in radice dilectionis.

**Q**ualiter autem ista dilectio sit



tenenda. ipse insinuat. qui in  
plerisq; scripture suae sententias.  
& amicos iubet diligi inse. & inim  
icos diligere propter se. Ille  
enim ueraciter caritatem habet.  
qui & amicum diligit in dñ. & in  
micum diligit propter dm.

**N**am sunt nonnulli quidiligung  
proximos. sed per affectum cogni  
tionis & carnis. Quibus tamen  
in hac dilectione. sacra eloquia  
non contradicunt. Sed aliud est  
quod sponte impenditur naturae.  
aliud quod praeceptis dominicis ex  
caritate debetur oboedientiae.

**H**i nimis & proximum diligunt.  
& tamen illa sublima dilectionis  
præmia non assecuntur. quia amo  
rem suum non spiritualiter. sed car  
naliter impendunt. Pro inde  
cum dñs diceret. hoc est manda  
tum meum ut diligatis inuicem.  
protinus addidit. Sicut dilexi uos.

**A**c si aperte dicat. Ad hoc amate  
ad quod amauit uos. Quamre  
fratres carissimi sollerter intu  
endum est. quodanti quis hostis  
dum mentem nostram ad rerum  
temporalium dilectionem trahit.  
Infirmorem contranos proxi  
num excitat. quies ipsa que di  
ligimus. auferre molatur.

**N**ec curat antiquus hostis accaci  
ens. ut terrena tollat: sed ut cari